

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Temptatio ad cum fonte primo

Quatuor sunt

cause temptationum.

Prima est loci

amenitas ut ciuitates et opida que non tantum ex situ loci amenitatem recipiunt, sed ex inhabitantium gracia. Secunda uero causa est locus diuiciarum: ubi enim diuicie, ibi periculum. Tercia uero causa est pretiosus ornatus ut est equorum cura pinguium et uestimentorum exquisite uarietates. Quarta autem mulierum species quarum

uox blanditur auribus et facies oculis.

Hugo de claustro anime libro I.

Sunt autem quatuor

diversitates rerum, quae ad pulchritudinem pertinent, quas uocamus causas tentationum, quae omni homini fugiendae sunt, et maxime renuntiantibus huic saeculo habendae despectui. Sed quae sint hae causae tentationum, et quare et quomodo fugiendae, audientiam mentibus pro captu nostro patefaciamus exemplis.

Prima autem harum quatuor est loci amoenitas, ut ciuitates et oppida, quae non tantum ex situ loci amoenitatem recipiunt, sed etiam ex inhabitantium gratia. Secunda uero causa est locus diuitiarum; ubi enim diuitiae, ibi periculum. Tercia uero causa est pretiosus ornatus, ut est equorum cura pinguium, et uestimentorum exquisita uarietas. Quarta autem est mulierum species, quarum (ut dicitur)

uox blanditur auribus, et facies oculis.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 1, 4 (PL 176, col.1025B-C).